



117

Nobilissimo Viro
Constantino Hugonio, Tubertini Domino,
Caspar Barlaeus S. P. D.

Nobilissime Hugoni, hoc non est exorare amicum, sed
obrudere. mittis librum Epigrammatum, qui ante sac
unq̄ aut altero Epigrammate veterum mihi
excussisti. Non tot lapidibus obrutus fuit Sappho,
non tot iaculis confossus Sebastianus, quot tu
me impetis excussibus. Si tua nondum er̄ æquā
stat edificandi libido, apud me certe desedit iste
furor. Subducam me sac arena, in qua tu myrmi-
lonem agis. malo temporivē fugere, quam victimā
esse nil miserrantis Aulæ, orci inquit Horatius.
Endas me fumis, nebula, fulminibus, tonitru, pluvijs,
nive, grandine. Totam naturam concitas, ut mihi
gravis sis et molestus. Infimi, medijs, supremi aëris
fluxos et exanidos fœtus mihi objicis, mille mædorum
formas, quæ vel canes peperit vel ætæis. Di-
quibus serio nos et magno apparatu philosophamur in
scholis, tu ridos, et Pdripatum omnem et Stoam naso
suspendis. Nemp̄ pluvia tibi Deorum urina est,
fulmina, tonitrua, garrula Junonis murmura ac
maledicæ vocis: Venti æquora Solis spiramina,
grando Deorum pila, pruina sal, maculae Solares
gutta serena, ros sidærum sudor &c. Vidē na-
turam ludos facis et psyllicis aperte convitiaris.
Possum tanta sac ferre, et quidem patientius multo,
quam Daventriensem illum male feriatum, qui unguis
suos continere potuisset ab ista prurigne. Epigram-
mata tua talia sunt, ut gradus comparationis
non admittant. Loquar verbis Senatoris Honddi:
Disparitas non est, nisi quam paritate probamus,
Optima sunt et tunc singula, cum bona sunt.

Mira tibi est, vir maxime, varia et ingenuissima
inventionis felicitas. Et si usquam, sic prospicere satis
expressisti et non coactis verbis conceptus divinis.
Scribis te hoc meditatam, modo perditam, modo equitatem. non
miror. Sed equus ille tuus fuitne tolutarius, an
succussator? Si tolutarius, causam deprehendi numerorum
& aequabilitatis in carmine. Si succussator, aut ut
Gallicè loquar, ~~non~~ trotier, qui va le trot et galop
dar, causam deprehendi, cur alitubi occurrat per durior,
qualis est iste, contempta froti fors. Non fuit
equus tuus strigosus, nam succulenta sunt omnia.
Non pavidus, nam audacissime in philosophos incuras,
Non suspiciosus vel andulus, nam valido spiritu
offers, quae concupisti. Non pumilus, nam nubes
et Lunam transfundis. Non conductivus, nam nativa
pulesitudine ubiq. desurgit oratio. Non fuit
veredus, ~~non~~ sedal de postillon, quia demorsos
omnia unguos sapiunt & moram. I bone, quae
virtus tua te vocat. Ego te Aquilam in nubibus
non sequar, mi Hugoni, nec pedes, nec equos. Non
pedes, ne quis mihi obiciat illud: loquitur non
passibus aequis. Non equos, ne a sternaci forte
equo sternar sumi, ut mihi in Normannia olim
equitanti accidit. Cum aquarum mihi formi-
dinem obijeres, secutus fui, quae potui, tuam
ratem, ut infamiae notam diluterem. Nunc te per
altos nubium traclus vagantem sperare e' horis
malo, quam comitari. Nolo aquis nomen imponere.
Nolo curru duci cum Psaute. Pauculos
mitto Scizontes, quibus pro doctissimis tuis et genij

+ Nam sunt in illis
illa, quae sunt hinc,
sunt quae asurgunt
altius.

plurimis Epigrammatibus gratias N. T. ago maximas. Hæc nam
per manus amicorum ambulant et curiositate multorum
exercent. Vale Vir præstantissime, in illis
omnibus sublimior, et Dominam Zubergeri à me
saluta. Amstelod. XIV Novemb. C1770 XXXVI-

Lusus noster impartire Nobilissime
mylio, et ubi occasio fore ipsam
meis verbis saluta.

Faint, illegible handwriting at the top of the page, possibly a header or address.

A small, faint handwritten mark or signature at the bottom center of the page.